



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 9011857X**

§. 85. Sedis Apostolicæ Nuntius in Angliam a Papa decretus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul XVI merita largis præmiis compensare stu-  
A.C. 1555. debat.

§. LXXXV.

*Sedis Apostolicæ Nuntius in Angliam  
 a Papa decretus.*

*Pallav. n. 5.* Sub idem tempus, quo Pontifex Mo-  
 ronum ad Imperii comitia ablega-  
 verat, simul etiam Antonium Augu-  
 stinum Romanæ Rotæ Auditorem Vi-  
 rum, quo doctiorem Hispania non pro-  
 tulit, in Angliam Sedis Apostolicæ Nun-  
 tium decernebat, ut Philippi, & Ma-  
 riæ studio, ac opera Angliæ Regnum  
 ad fidei Catholicæ unitatem reductum  
 utrique Principi gratularetur, atque  
 exponeret, quod unicum populos in  
 fide continendi medium foret, si hære-  
 ticus quodcunque apud exteros perfu-  
 gium occludatur: id vero, inquiebat  
 Pontifex, composita cum Gallis pace  
 obtineri facile posset. Insuper Nuntius  
 Regi, ejusque conjugi indicare jube-  
 batur, quod Pontifex Cæsarem ad con-  
 cordiam inclinare totis viribus adlabo-  
 raverit, atque Henricus Galliarum Rex  
 saltem in id consenserit, quod ad Tur-  
 cam reprimendum, opprimendosque  
 hæreticos in Religionis utilitatem per-  
 tineret.

Denique Nuntius hæc subjungere  
 in mandatis habebat: „Pontifex nun-  
 quam

„quam omisit adjicere animum ad mo-  
 „rum emendationem, cunctis exemplo  
 „futuram; sed res duplici de causa  
 „diutius fuit protracta, & propter Ec-  
 „clesiasticorum repugnantiam, ne cor-  
 „rigerentur, & propter vim, & iniquam  
 „potestatis usurpationem, quam laici  
 „Magistratus adversus Ecclesiæ jus exer-  
 „cebant. Priori parti consuluit tandem  
 „Pontifex quoad plura, & præcipua ca-  
 „pita per Diploma jam digestum, brevi  
 „promulgandum; posteriori vero opus  
 „est, ut Principum pietas, auctoritas-  
 „que prospiceret. In illo Diplomate viri  
 „Ecclesiastici reformantur ducto initio  
 „a Romani Pontificis creatione usque  
 „ad infimum ipsorum gradum. Ec-  
 „quidem oportuisset eas Sanctiones con-  
 „ficere, quæ possent in quacunque re-  
 „gione ad opus deduci; multis tamen  
 „rebus fuit consultum, quæ præsertim  
 „in Ecclesiis Hispanicis ad bonum regi-  
 „men, rectamque vivendi rationem spe-  
 „ctabant: si vero illud Diploma satis  
 „non esset, præsto est Pontifex ad ea  
 „omnia adjicienda, de quibus commo-  
 „neretur, dummodo vicissim abusus  
 „laicæ potestatis abolerentur.,

§. LXXXVI.

*Hæretici in Anglia extremo supplicio  
 mulctati.*

K 2

His

Sæcul. XVI.  
 A.C. 1555.